



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In  
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

**Chokier, Jean de**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

Reg. XXVIII. de surrog. collitigantibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

natui, qui secundum eas tam sæpè pronuntiauit, ut earum aut fides, aut substantia revocari non possit. Nec quod in singula lustra mutari possunt, quicquam facit, cum non eo minus observari videamus, ut sint perpetuæ. Itaque quicquid rectas aut immutatas dicit, id ipsum probare debet l. 3. & 22. ff. de Probat. in Senatus Sabaudie apud Anton. Fabrum. lib. 4. tit. 15.

Quoad extravagantes) Idem post Fran. de Pavinis dicto loco, probat Mandos. hic. & Comel. in Proem. Regul. quest. 5. in fi.

*Argumenta in Reg. XXVII. INNOCENTII VIII.  
que est PAULI V. XXVIII.*

1. Verus intellectus huius Regule quis sit? & nu. 34.
2. Mortuo uno ex colligantibus, non potest fieri collatio, vel provisio illius beneficii alteri, quousq; finiatum primalis.
3. Decretum irritans si ponatur in iure comprehendit Papam, & nu. 36.
4. Altero ex colligantibus mortuo, potest alteri fieri collatio lite non finita si Papa in collatione, vel surrogatione litis mentionem fecerit.
5. Lis mota super beneficio, an finiatum morte colligantis, an verò per sententiam.
6. Lis finitur per iuramentum, & per renuntiationem litis.
7. Lis non dicitur pendere quando superstes destitit à lite.
8. Facto ostendimus voluntatem nostram sine verbis.
9. Auditores Rotæ non habent jus statuendi in Curia in præsentia Papæ.
10. Surrogatus in iure & ad jus, videtur surrogatus quo ad possessionem, si fiat mentio possessionis.
11. Impetratio facta lite pendente, non facta mentione de lite, non vult; limita, ut ibi.
12. Per lapsum triennij an lis censetur finita.
13. Hodie in Curia lis nunquam censetur finita, nisi per sententiam, limita ut ibi, & nu. 41.
14. Lis dicitur pendere quo ad collationem per citationem factam in Curia ad dicendum contra commissionem. & nu. 41.
15. Item per appellationem extrajudicialem in partibus legitime nominatam.
16. Homicida potest renunciare suo beneficio non obstante alterius impetratione, & nu. 41.
17. Secus si sit alius, cujus beneficium vacabat ex alio delicto inducente vacationem ipso iure.
18. Familiaris Cardinalis litigans si moriatur, colligans consentum Cardinalis obtinere non tenetur.
19. Anfractus quid?
20. Intrusus quis dicatur.

11. Hæc Reg. etiam habet locum in promovendis ad regimina Ecclesiarum, non obstante Regula XXIII.
12. Papa solet derogare huic Regulae in favorum suorum vel Cardinalium.
13. Cautela ut quis non possit disponere de beneficio quo venit jure privandus.
14. Prohibitus impetrare, non prohibetur obtinere motu proprio.
15. Quod obtinetur motu proprio, præsumitur ob meritum obtentum: aliud est quando per impetrationem quid obtinetur.
16. An hæc Reg. locum obtineat in legato & Ordinario, & 55.
17. Quæ ponuntur exempli causa non restringunt Regulam.
18. Clausula motus proprii importat Regulam derogationem.
19. Hæc Regula in quo sit aucta per novissimos Pontifices.
20. Hæc Regula INNOCENTII limitatur ut non procedat in impetrationibus beneficiarum viventium seniorum, aut infirmorum, vel per privationem.
21. Regula hæc locum non obtinet in eo cuius mota fuit qui erat triennis possessor habilis saltem & coloratus Regula hæc cessat in Expectativis Nominatiobus & Precibus Imp.
22. Surrogatio in jus defuncti criminosi non valet nisi sententia transferat in re iudicatam.
23. Mensis de quo in Regula computandus non a die obitus vel die quo mors sciri potuit, sed a die concessionis gratiæ necno.
24. Mandosius priorem Alphonsi interpretationem propositam initio sui Glossæ sequitur, sed rejicienda.
25. Collitigantis ad effectum huius Reg. qui dicantur.
26. Vnum litigiosus quando transeat interitum qui habet causam ab aliquo ex collitigantibus, ita ut iurari non possit Regula de Trienniali.

36. Decretum irritans, Papam & Ordinarios comprehendit.
37. Acceptatio beneficii nulla, nullum possidendi colorem tribuit.
38. An per mortem collitigantium sine sententia, lis finitur, cum suis limitationibus, & quid in morte civili?
39. Transfatione lis finitur, ut & juramento & renunciatione, ibid.
40. Litem non prosequens intra longum tempus, litem pro derelicto habere præsumitur.
41. Lis in Curia demum finita censetur per sententiam.
42. Lis pendere quando dicatur in Curia.
43. An habeat locum hæc Regula in impetrationibus in forma juris, per privationem, cum suis limitationibus.
44. Homicida non est privatus suo beneficio ipso jure, potestque renunciare ante sententiam distingue ut infra.
45. Felini cautela reprobarur.
46. Beneficium quo quis est privatus ipso jure, potest conferri, sed non potest realis possessio tradi, nisi citato, & convicto possessore.
47. Non sufficit notorium ad aliquem deponendum.
48. Primariæ Preces an capiant beneficia vacantia ipso jure, remissive.
49. An fractus erymon.
50. Lites, auctoris sensu, deprecandæ.
51. Intrusus quis dicatur ad effectum huius regulæ.
52. Papa quomodo deroget huic Regulae;
53. Clausula apponi solita in impetrationibus in eventum privationis.
54. Impetranti in eventum privationis, pro videtur de beneficio causa permutationis per privandum resignato.
55. Constitutio huius Reg. an verificetur in surrogatione solum facta per Papam, an etiam per ordinatum?

Regula XXVII. INNOCENTII VIII.  
quæ est XXVIII. PAULI V.

DE SURROGANDIS COLLITIGANTIBUS

**I**tem idem D. N. litium succindere cupiens anfractus, & ne non collitigantibus adversarii dentur, providere voluit, statuit & ordinavit, quod quoties deinceps aliquem super quovis beneficio Ecclesiastico collitigantem in iure, vel ad jus, si quod forsitan ejus adversario in dicto beneficio competierit, subrogari concesserit (dummodo præfatus collitigans in dicto beneficio intrusus non sit, nec super eo contra dictum adversarium, postquam illud post triennium pacifice possederit lis tunc moratur) aliorum quorum libet de præmissis jure, sive si tunc vacet, vel cum vacaverit, impetrationes infra mensem ante conclusionem ejusmodi factæ, nullius sint roboris vel momentis.

GLOSSEMA ALPHONSI.

**A** Si Regula secundum quod omnes intelligunt, dicit quod si lite pendente mortuus collitigans, vel alius vacet jus vel beneficium per collitigantem, quod infra mensem post mortem subrogari collitigans: & si alius subrogetur, quod non valet subrogatio infra mensem nisi collitigans qui petit subrogationem fuerit intrusus, vel mora sit lis contra possessorem postquam triennio pacifice possederit: hoc dicit, secundum quod omnes curiales etiam doctissimi viri intelligunt, sed salva gratia omnium, ista Regula non dicit hoc, sed potius semper intellexi sic: quod si duo litigant super beneficio, & unus ipsorum cedit vel decedit lite pendente, quod si unus alius tertius quomodocumque, petat se subrogari, & sic prior in data: si tamen alius collitigans infra mensem post impetrationem illius tertii, petat se subrogari, quod valet impetratio collitigantis, & non alterius tertii: & hoc fundat clare ista regula in si. juncto princ. Et pono exemplum, si duo litigabant, & alter mortuus est, & tertius post annum petat se subrogari, & fuit subrogatus: quod si post impetrationem suam infra mensem à tempore impetrationis tertii collitigans subrogetur, illa subrogatio valet, & non illius tertii, qui est prior in data: & non debet intelligi quod debet collitigans subrogari infra mensem à tempore mortis collitigantis: quia hoc non dicit regula.

regula, sed indistincte loquitur ibi ante confessionem huiusmodi &c: Ex quo verbo noto mihi, quod si colligans moriatur, vel cedat, & tertius subrogetur infra mensem à tempore cessionis vel decessus, ac postea infra mensem non subrogetur colligans, quod valet subrogatio illius tertii, per hoc verbum. ante concessionem &c: Et ratio huius regulae fuit aqua, ut in principio dicitur, tamen hodie trahitur ad iniquitatem: quia hodie multi movent litem contra aliquos antiquos, vel forte promovendos in brevi; propter hanc regulam, qui tantum jus habent in principali sicut Turcus, & tamen subrogantur hodie, & habent victorias per fas, vel nefas: tamen Papa non est in causa: & potest dicere, Absit quod ea qua propter bonum facimus, ab alijs in malum simoniam trahantur & nobis imputentur. cap. de occidendis xxxii. q. v. Tamen deberet providere, quod ex coniecturis iudicaretur in similibus fraus, & non haberet locum regula, sicut in una cassia qua pendet nunc in Rota de Hispania contra unum doctissimum virum in iure divino.

Et ad hoc ut tollantur aliqua dubia qua quotidie oriuntur in curia super ista regula maxime apud curiosos, praesupponendum est quod de iure quando moritur unus ex colligantibus, tunc non potest fieri collatio, vel provisio illius beneficii alteri, quousque finiatur prima lites, aliter non valet c. i. & ii. ut lite pendente lib. vi. & clem. i. §. si vero. co. iii. Ex quo sequitur, quod cum in dictis c. i. & ii. ponatur decretum irritans, quod etiam comprehendit Papam: nam decretum irritans comprehendit Papam si ponitur in iure vel alias quoad ordinariam potestatem, casus est in cap. quodam ibi Domini de prebend. lib. vi. Ergo sequitur quod collatio vel provisio Papa etiam tunc non valet, per dictum c. ii. juncto §. si vero dictae cle. i. & juncto dicto c. quodam. & si videretur quod subrogatio Titij non subsisteret: quod fateor esse verum, nisi fieret mentio de lite: quia tunc videtur Papa facere ex certa scientia subrogationem, & ex plenitudine potestatis valet talis collatio sive provisio Papa, facta mentione de lite, & iste est casus in d. cle. i. §. ii. ut lite pendente. & ideo subrogatio facta per Papam facta mentione litis valet. & per non obstat, tollitur illud jus commune. Tamen propter hoc venit ista Regula, dicens, quod licet valeat subrogatio, ne tamen detur novus colligator: mandat quod infra mensem post subrogationem alterius, praesertatur colligans, & sic intelligitur ista regula.

Dicitur tamen aliquis, nunquid per cessum vel decessum colligantis extinguitur litis quod non. quoniam superstes potest persequi litem, si vult, ut in dictis c. & in d. co. §. si vero. Hinc si alij ius impetraret de novo, dicitur impetrare lite pendente, per praesentia, ideo dicit decisio Rota ccccxxv. qua incipit: Item si lite pendente in causa: quod non finitur litis, nisi per sententiam, & non per mortem colligantis, vel cessum: & ita tenet stylus ignorantium in curia.

Sed salva gratia tantorum dominorum, credo quod nesciant quid dicant: quia hoc non fundatur iure: immo contrarium est de iure communi. & de hoc allego textum in d. cle.

1. in primo responso ubi dicitur, quod si litigantes in curia moriantur ambo, quod ab Sedem Apostolicam pertinet collatio, & in partibus ad ordinarium &c. ergo sequitur, H quod per mortem colligantium sine sententia vacat beneficium.

I Item finitur per transactionem, & per juramentum & per renunciationem liti in c. 1. de liti cont. lib. vi. & l. postquam liti. C. de pact. & ne taceam laudem alicuiam, quia esse similes furi, ut dicit Bald. in precludis Feudorum, allego Jo. de Milis in §. h. finitur ubi notanter dicit, hoc tamen auditores ex tacito iussu magistrorum tenent illam decisionem, & jam in causa mea propria allegavi, in qua adversarius renunciaverat iuri, liti, & causa: & stetit per septem annos & nihil mihi fecit, quando vidit me absentem, prosecutus fuit per Audientiam contradictarum, & habuit sententiam contra me, & fecit me exponere CCC. ducatos propter aliam decisionem: tandem vigore commissionis feci eam revocari.

Sed tamen si predicta recte intelligantur, alio modo loquitur decisio iam dicta quia quando apparet quod Papa subrogat alium tertium ad prosecutionem primeliti in eodem statu causa &c. & non apparet quod superstes desistit a lite. Quia, si aliter appareret tunc non diceretur lis pendere, ut vult dicta decisio in princ. & allegat gloss. not. in d. clem. 1. §. si vero, in verbo prosequeretur, quae dicit quod si superstes non prosequitur litem, non dicitur lis pendere, & debet intelligi illa glo. quando apparet ex constitutis quod non vult prosequi, puta quia non renunciavit liti, per dictam l. postquam liti. vel per alias coniecturas, quia ipso facto ostendimus voluntatem nostram sine verba sufficiat text. cum glo. in c. non solum xi. q. iii. & in cap. quem progentoroto xx. q. 1. & iura quae allegat & bene Io. de Milis in versic finitur in parte liti pendentis. & licet alias ridiculum esset quod si quis non prosequeretur litem, quod proprie

N re a videretur renunciari liti, maxime de iure canonico, quo non perit instantia, & venerabilis de iudicis, ut dicit Milis & sic loquitur etiam dicta decisio, dicens, quod actor mortuo reo, capit possessionem sua autoritate, videtur habere animum non prosequendi, licet postea vadat variando: & sic predicta faciunt contra stylum ignorantium qui dicunt indistincte quod per sententiam solam finitur lis in Curia: quia hoc est in statutis Rota. nam in aliquibus decis. dicunt quod statuerunt & ordinaverunt. Dicitur Rota. Et mirandum est de eis. nam Auditores, nec aliquis in curia, in presentia Papa. non habent ius statuendi, nec habent ordinariam potestatem plenam, ut ait glo. in cle. auditor de rescript. & an subrogatus in iure & ad ius videatur subrogatus quoad possessionem illa decis. coccii. hoc plenè dicit. Sed veritas est quod si fiat mentio possessionis, sic, alias secus, ut dicit decisio lx. quae incip: Item subrogatus in litem.

Itè ad illud quod dixi, impetratio facta lite pendente nõ facta mentione de lite non valet: hoc verum quando impetratio est facta de iure colligantis alicuius, secus si de iure alterius non litigantis. hoc dicit expressè Old. consilio cccix. quod incipit quidam Hago. quod posui in titulo, Vi lite pendente. sed quia hodie in impetracionibus factis in curia

PRIVILEGIUM  
REGULARIUM  
ET  
COMMENTARIIUM  
IN REGVM  
ANCELLA  
APOSTOLICE  
SACRATORUM  
C. III  
8

in quibus ponuntur clausule, vel alio quouis modo ex ipsius vel alterius cuius-  
cumque persona &c: arbitror, quod raro prodesset dictum consilium in curia: sed  
in paribus sic, quo ad ordinarias.

Item ad illud quod dixi superius, quod non censetur lis extincta per non prosecutionē  
in &c: ego dicebam quod per lapsum trienni i videtur quis non habere animum litigandi;  
12  
& allegabam regulam primam de triennali possessore, ibi antiquas lites penitus ex-  
tinguendo &c: Tamen hoc non fuit receptum in Rota, qua tenet quod etiam per  
nulle annos dicitur lis pendere in curia, si non sententietur. fateor tamen quod si renun-  
tium litis fieret coram Auditore, amplius ipse se non posset introumittere, quia tunc etiā  
13  
tunc teneret, quod diceretur lis finita, per ea quæ dicit Ant. inc. cum pridem. de  
quæ. & Abb. ibi.

Et dicitur lis pendere quo ad collationem &c: & per citationem tantum factam in  
14  
causa ad dicendum contra commissionem, licet non exprimantur ea quæ vult clem. ii. ut  
independente, & sic practicatur in curia, & per apellationem extrajudicalem in par-  
15  
ticulari in intimam secundum cle. causam. de elect. dicitur lis pendere quo ad  
illam regulam, licet quo ad devolutionem sic, ita vult decisio Rota cccvi. quæ  
accipit: Item si reus & possessor, Ideo est consilium appellanti, quod in curia faciat  
causam committi & decerni citationem per Audientiam contradictarum. & in prima  
causa haberet locum ista regula per prædicta; alias non & sic practicatur in curia:  
videtur tamen quod si actor faceret tantum causam committi contra reum possesso-  
rem, vel appellasset eum extrajudicialiter, secundum formam cle. causam. quod si mo-  
uatur ipse Actor ante citationem quod haberet locum ista regula, arg. eorum quæ dicit  
titulio lxxiiii. quæ incipit, Item quod clem. ii. ut lit. pend. & facit glos. ibi.  
hoc quo ad surrogationem, sed quo ad privilegia impetrata lite pendente vel quo ad  
interuentionem gratis, satis credo sufficere quod causa sit tantum commissu, faciat glo.  
Ibi Doct. in c. cum causam de testi.

Item quia hic dicitur super quouis Ecclesiastico beneficio &c: & infe-  
ritur, siue tunc vacet, vel cum vacaverit &c: Aliqui curiosi dicunt hanc  
regulam habere etiam locum, quando fit impetratio in forma iuris per privationem: sed  
videtur non est verum. Vnde si tu impetras beneficium Titij tanquam homicida  
in forma iuris ille potest renunciare quandocumq; illud beneficium, vel etiam si decedat  
16  
locum ista regula: quia ista non est causa beneficalis, sufficiat ad hoc gloss.

Item dicitur communiter tenetur in c. ii. in verbo finita. ut lit. pend. vi. secus  
17  
quando impetratio fieret beneficij alicuius, quod vacat ipso iure, ut petitur  
in casu regule ut improbi, & hoc vult sentire glossa prædicta in d. c. i. in fi. &  
decidet Rota: & ita practicatur in vna præbenda Hispal. permutata, lite pend.

Item pondero istam regulam in quantum loquitur generaliter de quolibet litigante,  
quæ si familiaris Cardinalis vel Papa litigans moreretur, non requireretur consensus  
18

Nu

Cardinalis

Cardinalis: & habet locum ista Regula, & non infra posita xxx. de impetra. benef. per obit. famil. Cardin. & ita practicatur: quia illa non tollit privilegium huius regulae ultime.

**R** Sed quia hic dicitur duo vocabula, scilicet Anfractus & Intrinsecus: de Anfractu illud quod vult dicere labor vel tribulatio: quia anfractus est quasi anfractus, si anfractus est, si anfractus, plena diverticulis & fractionibus & ruinis, ut dicitur glo. in elem. dudum. i. n. pondo. de sepul. & ex illo textu cum. gloss. & ex ista regula etiam apparet quod illa est recedere a lite, facit. l. minoribus ff. de minor. & quis dicatur intra suu. in c. eum qui de prebend. lib. vi. per Doct. maxime per Domi. & dicam infra regula trienniali.

Item per hoc verbum sive cum vacaverit &c: potest dici quod regula vacat, de Beneficiis vacaturis per promotionem ad Ecclesias vel monasteria, non habet locum colligantibus. videlicet quod si ego litigo cum promovendo ad Episcopatum, quod post petere subrogationem, etiam antequam promoveatur, per hoc verbum.

**T** Item addo quod hodie temporibus nostris Papa derogat in favorem suorum, vel Cardinalium alium, huius Regulae, & dat subrogationem tertio etiam antequam moriatur colligens cum derogatione huius regulae. Itaque etiam si colligans subrogetur infra mensum, vel prima subrogatio sed ne videatur sibi tolli jus questum, vel querendum per hanc regulam, tunc colligans non subrogatur, sed prosequitur jus primum quod haberet. Est causa Referendariorum vel habentium signaturam per placet, vel per concessum. Alia est dubium, an tolleretur sibi jus questum per hanc regulam, & non valeret, ut dicitur illa regula supra. & hoc potest facere Papa: quia licet fecerit istam regulam, majorem tamen potestatem habet penes se, d. c. dudum. de prebend. lib. vi.

**V** Item hodie est una cautela, quando quis impetravit beneficium alterius per promotionem in forma juris, quod licet jure potest renunciare, vel forsam permutare ut dicitur, tamen datur una subrogatio antequam vacet, quod nullus alius possit subrogari in privilegiius vacaturo per mortem vel per resignationem, nisi ille qui impetravit, & sic dicitur mihi unus clientulus meus qui habebat signatam & expeditam forsam bullam: & postquam per praedicta, sed male.

Item pondero hic verbum impetraciones &c: ex quo sequitur quod non cessatur hic provisio, sive subrogatio facta motu proprio, quia prohibitus impetrare, non prohibetur obtinere motu proprio l. i. C. de pet. bon. sub. lib. x. & ratio est, quia quod obtinetur per impetrationem presumitur obtentum per importunitatem: sed quod obtinetur motu proprio, presumitur ob meritum obtentum ut dicit Bald. in l. quod favore C. de leg. maxime quia non tollitur hic jus questum parti, sed querendum, ideo &c:

**X** Item quia ista lex indistincte loquitur. l. iii. ff. de off. praesid. ideo debet intelligi non solum in Papa, sed etiam in Ordinario & in legato, qui possunt etiam providere de iure quod competebat alicui mortuo: & si dicas quod hic videtur Papa exprimitur de concessione facta per eum tantum, ut ibi concesserit &c: non obstat: quia dico, quod si Papa impetrat

PRIVILEGIUM  
REGULARIUM  
ET  
COMMENTARIUM  
IN REGIT  
ANCELLA  
MONTOL  
C. III  
8



ipso sibi ipsi legem in hoc, ergo à fortiori alii non possunt hoc facere arg. authen. mul-  
 to magis C. de Episcop. & cler. & in clem. 1. in pr. de Reliq. & vener. sanct.  
 cap. super eo, de usur. & quae ponuntur causa exempli non restringunt regulam l. 1.  
 §. quod vulgo. ff. de vi & viarm. maxime cum eadem sit ratio in utroq. ergo idem  
 in cap. ratio de praebend. in & argument. clem. 1. de electio. leg. illud ff. ad  
 leg. aquil. licet domini de Roia in casu regulae sequentis pronuntiauerint contrarium,  
 ut ibi dicam.

Et sic ex praedictis potest dari cautela contra istam regulam, quod supplicatio sonet  
 Motu proprio hoc expresso, per c. si motu proprio de praebend. lib. vi. & tunc non  
 tenet quod deroget huius Regulae, ut dixi. Sed certe Papa deberet declarare, quod ista  
 Regula haberet locum, etiamsi alius tertius impetrasset Motu proprio, & quod haberet  
 locum etiam in Legatis & Ordinariis propter unum consilium Pontani, & etiam Petri de  
 Anbar. aliter tamen alijs visum est.

## COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

[Ista Regula] Patet ex inspectione novissimarum Regularum, hanc INNO-  
 CENTII Reg. planiorem & auctiorem esse factam per sequentes Pontifices, 29  
 & imprimis LEONEM X. qui post verbum *Impetrationes*, subiicit vel conce-  
 siones etiam motu proprio, ut tollatur omnis difficultas, quae oriri pote-  
 rit in concessionibus motu proprio factis, quae videbantur à Regula exclusae  
 propter verbum *impetrationes*. Postea ADRIANVS VI. quem secuti sunt  
 PAVLVS III. IVLIVS etiam III. & alij exinde Pontifices ad nostra usque  
 tempora, quò dolis & fraudibus magis magisque obviarent, uberiorem adhuc  
 reddiderunt hanc Regulam, dum extremis verbis illius addiderunt sequentia:  
 Et nihilominus *Foe. re. PAVLI II. INNOCENTII VIII. & A-*  
*DRIANI VI. Romanorum Pontificum praedecessorum suorum vesti-*  
*giis imbarendo, cupiens eorum fraudibus obviare, qui viventium benefi-*  
*cia, illorum praesertim quibus aut propter senium, aut propter infirmi-*  
*tatem immineret vita periculum, impetrant, ut illis decedentibus,*  
*causam collitigantes in illorum iuribus facilius subrogentur, voluit*  
*ut deinceps nullus in iure vel ad ius in beneficio defuncti, quod illo vivē-*  
*ti in casibus praemissis vel similibus impetraverit, aliquomodo subroge-*  
*atur, ac subrogatio vel gratia sineutri, si nulli, seu nova provisionis, aut*

N n 2

perinde

perinde valere, taliter impetranti nullatenus suffragetur: quod etiam strictissime observari mandavit in impetrationibus beneficiorum per privationem & amotionem, ex quibusvis criminibus, & excessibus, forsitan perpetratis, etiamsi usq. ad diffinitivam sententiam, quatenus in rem non transiverit iudicatam processum fore.

Per quæ verba, limitatur antiqua hæc INNOCENTII Regula, ut illa locum non habeat in impetrantibus beneficia viventium seniorum, aut infirmorum, vel privationem aliquorum: in quibus casibus nullatenus eis suffragantur subrogationes, aut gratiæ si nulli, si neutri seu novæ provisionis, aut penale valere. quæ limitatio non tam est HADRIANI VI. quam MARTINI V. ut patet ex tenore ipsius Extravagantis, quam suis ad hanc Reg. Commentarijs inservit Gomelius.

Item nota Regulam hanc non obtinere, seu subrogationem denegari, quando lis mota fuerit illi qui iam possederat beneficium per triennium, ut hinc verbo postquam illud per triennium &c. quod quemadmodum intelligitur notat hic Mandof. *quest. 5.* dum dicit triennalem possessorem ad effectum huius Reg. dici, qui erat habilis & coloratus juxta terminos Reg. de Trienniali, non etiam vitiosus & improbus, quod & tradidit Gomel. *ad d. Reg. quest. 2. & p. 1. sim.* Ergò nota subrogationem denegari ubi colligās tempore lris motæ pacificè per triennium possedit, quod & firmat Rota apud Farinacium *pari. 2. dist. 531. in Noviss.* Adverte quoque impetrantem beneficium ex gratiosa subrogatione, ut immitatur in in possessionem beneficii tria probare debere, nimirum, suum clericatum, & obitum ejus in possessione in quo subrogatur *Pat. dec. 261. nu. 1.* adde quartum, reservationem idem *Farin. dec. 401. nu. 1. & 2. p. 2. & dist. 700. nu. 1.* Denique notandum etiam si sententia privationis esset lata in criminofum, nihilominus intrare subrogationem, nisi sententia transiverit in rem iudicatam, per hanc Hadriani constitutionem, ut eam intuenti Patet. *Pollin. adverte hic, quod Regula cesset in Expectativis seu Nominationibus, teste Rebuff. tract. Nominat. quest. 15. nu. 44.* ubi scribitur receptum esse colligantium beneficia per nominatos acceptari posse ex morte alterius colligantis, Rebuffumque sequitur D. VVames. *conf. 251. nu. 9. de Præb. tom. 1.* Idem quod esse decernendum in Precibus primarijs ostendi ad Indultum Precum primariarum Ferdinandi II. quod Scholijstacis illustratum aliquot abhinc mentibus excusum est.

**B** Quod infra mensem ) Computandum non à die obitus Colligantis vel die quo mors sciri potuit, ut vult hic noster Alphonsus, & Gomelius *lib. 9. ff. 10. & Mandof. q. 2.* sed à die concessionis subrogationis tertio, ut voluit Rota

in una

in una Barchinonen. Parochialis 20. Iulij 1611 coram R. P. D. Coccino, qua extat apud Farinacium *part. 1. decis. 342. nu. 10. in novissimis.* Neque enim ullum tempus est prelimitum Collitigatori ad petendam surrogationem ut fuit resolutum in una Colleen. Parochialis, & in una Papienensis Abbatis 20. Iunij 1603. coram R. P. D. Lacerio, & coram R. P. D. Coccino in una Hispalen. Prestimoniorum 6. Iunij 1607. teste Farinacio dicta *decisio. 342.* quod intellige nisi alteri fuerit concessa gratia illust. Cardin Seraphinus *decis. 1165. nu. 7.*

Omnes Curiales) Atque in hac opinione est quoque Mandos. *hic questio. 34* & Gomez. *quest. 10.* sed sequenda est opinio Reverendiss D. Coccini a Farinacio supra relata.

Contra antiquos) Nunc malitiosorum obviaverunt alii Pontifices, ut patet ex supra scripta appendice.

Ex Collitigantibus) Collitigantes ad effectum hujus Regule non dicuntur quando lis est injusta, frivola, & calumniosa. ve resolvit illust Cardin. Seraphinus *decis. 1165. nu. 7.* quod intellige quando calumnia est evidens & notoria, carens omni colore & probabili causa litigandi, ut fuit dictum in una Placet. & Teletana Canonici 26. Iunij 1609. coram illust. & Reg. Card. Bononien. quam habet in *decis. Farinacii decis. 261. nu. 5. part. 2.* quodque a principio talis fuerit, Farinacius *decis. 568. num. 1. d. part. 2. in Novissimis.* vel quando lis est Introduta per Rescriptum subreptitium, vel nullum, Gomez. *hic q. 11 & 12. Azorius lib. 7. instit. moral. cap. 32. vers. Sexto queritur,* vel quando est mota super possessorio tantum. Mandos. *hic quest. 13. n. 4. VV ames. consil. 21. num. 9 de Præbend. tom. 2.* vel quando collitigans assecutus fuit incompatible, quia tunc censetur renuntiare illi Farinacius *decis. 191. nu. 4. p. 2. in Noviss.* vel denique quando est lis intentata contra illum, qui jam possederat per triennium Rebuff. *in praxi ad hanc Reg. quest. 5. & in addit ad hanc Regul. vers. sextus casus: atq; ita fuit resolutum in Rosa in una Barchinonen. Paroch. 20. Iunij 1611. coram R. P. D. Coccino,* quam dec. refert Farinacius *part. 1. decis. 342. nu. 1.* ubi etiam refert *nu. 3.* coram Dominis propositum fuisse not. questionem, an vitium litigiosi transeat in tertium qui habet eundem ab aliquo ex collitigantibus, ita ut juvari non possit Reg. de Triennali constituerunt Dni duos casus, Primus est quando tertius habet causam Collitigante possessione vacante, vel existente penes non Collitigantem. Secundus casus est, quando tertius habet causam a Collitigante possessione ex parte penes ipsum Collitigantem, qui est noster casus. In primo casu vitium possessionis non transit in tertium, ita ut juret Regula de Triennali Mohedan. *de 4. ut lite pendente. Put. decis. 421. lib. 2.* quia tunc apprehendens possessionem efficitur triennalis pacificus; secus vero in secundo casu, ut eleganter constituit Mohedan. *decis. 8. ut lite pendente.* Et ratio primi casus est, quia licet pro-

prietas sit litigiosa, ita ut ordinarius eveniente vacatione non possit conferre, tamen possit illo cum sit vacans, vel penes alium non colligantem respectu tertii, qui illam apprehendit: non est litigiosa, & propterea vitium litigiosum non transit in ipsum, quia ad hunc effectum duo copulativè requiruntur. nempe quod res sit litigiosa & quod tertius habeat causam ab uno ex colligantibus. *Præpositus, in cap. bona nu. 18. vers. vel aliter potest solvi. de appellat.* Et iste est casus de cisionum Mohedani & Putei: quia ibi fuerat facta resignatio ante litem motam, per quam fuerat abdicatū omne jus ad favorè resignatarii, etiam respectu possessionis: unde licuit ipsi tertio capere possessionem vacantem lite inter resignantem & alium pendente, quia possessio non existerat de tempore lites penes resignantem *Lancellot. de attentat. cap. 2 nu. 28.* Ratio verò secundi casus est, quod surrogatio sit danda Colliganti, quando tertius non colligans cepit possessionem existentem penes alterutrum Colligantium: quia necdum proprietas, sed etiam possessio est in lite, & tertius succedit in dicta possessione litigiosa facta, & in locum alterius ex Colligantibus mediante resignatione, *ita not. per Butr. in c. bona. n. 15. de Appellat. quæ duo quando concurrunt, utique vitium litigiosum transfertur in tertium ut dictum est ex Præposito d. c. bona. nam. Mohed. decis. 13. & 14. de causis poss. & propriet. Et in terminis, quod tertius capiens possessionem existentem penes colligantem attentet, est decis. Rota. in lit. pend. in nou. Ant. August. decis. 1. lib. 1. Lancellot. de attentat. d. c. 3.*

**F** *Comprehendit etiam Papam*) Multo magis Ordinarios etiam ignorantes, *Rota decisio 16. si contra, alias 3. de Restit. spol. in no. ad eod. ut ne quidem coloratum titulum pro sustinenda possessione in contrarium acquiri patiat, quia acceptatio beneficii notoriè nulla, possidendi nullum colorem tribuit *End. Romanam. cons. 483. dubitatur primo nu. 14. wames. cons. 252. nu.**

**G** *Decisio Rota*) In meo Cod. est sub. nu. tit. ut lite pendente, cuius stipulatur decisio *Farinacii 154. nu. 4. in Antiquis.*

**H** *Quod per mortem Colligantium*) Tam Actoris, quam Rei, vel Actoris tantum, nam per rei dumtaxat mortem lis non finitur, ut paulò post dicam. quod & notat *Farinacius decis. 109. nu. 1. & 2. in Noviss. part. 1. & Io. Molis in reperi. in verbalis finitur & vitium litigiosum Mohedan. decis. 2. ut lite pend. Put. decis. 354. nu. 2. lib. 3.* Unde si defuncto, actore, Papa aliquem in jus & litem surrogasset: tunc per talem surrogationem lis non habetur pro extincta (nisi tamen is cui surrogatus est, liti cessisset, ut notat hic glossographus *vers. Sed tamen si predicta.*) Sed censetur in persona surrogati adhuc vivere & durare *Cassat. decis. Vi lite pend. quæ tamen surrogatio est Reo superstiti intinanda Bellam. decis. 156. mortuo, vel saltem ejus Procuratori, secundum terminos *dec. 11. alias 440. incip. si agens Vi lite pend. in No.**

Præmissa declarata de morte Actoris in prima Instantia: quia tunc cessante surrogatione dicitur lis finire, secus si in secunda Instantia, quando in prima fuisse et pronunciatum contra Reum *Par. decis. 156. ubi d. decis. Bellam. 156. scribit ita esse intelligendam. Limita insuper, nisi Reus superstes velit litem prosecui: quia tunc non censetur extincta cum pro eo possit dari absolutoria, Bellam. 156. Cassad. decis. 1. nu. 2. Achilles de Grass. decis. 8. Vt lite pend. Imò quod per mortem solus Rei quoad effectum attentorum lis non extinguatur, est decis. Mohed. Vt lite pend. & Caputaquen. decis. 229. cum lis non extinguatur Lancellote. tract. de atten. part. 2. cap. 4. in presat. nu. 312.*

Sed quid in morte civili puta si collitigans ingrediatur monasterium & in eo proficiatur? Etiam surrogationi locum esse resoluit Rota in una Hispanen. Capitulonia 14. Martii 1614. coram R. P. D. Burrito, quæ extat apud Farinacium dec. 31. m. 2. par. 2. & ratio est, quia quocumque modo beneficium vacet, militat ratio surrogationis concedendæ, ne per novos collitigantes in ecclesiarum dispendium litigia prorogari contingat, de qua in 6. 2. Vt lite pend. in 6. Archidiacon. in d. s. vers. cedant.

Vide tamen Mohed. decis. 14. de Causa poss. & propriet. Gomel. ad Reg. de Triennali quest. 61. vers. Quartus intellectus in fi. & in quasi. 54. Vt non obstat.

Per transactionem ) Quo casu in tantum lis extinguatur, ut sine nova citatione ulterius in causa procedi non possit, & probata etiam absentia procuratoris qui interveniebat in causa, non possit procedi per audientiam litterarum contradictarum, Lancell. d. s. 4. nu. 285.

Per iuramentum ) Vide Vicen. Carocium tract. de Iuram. litis decis. 9. & passim.

Per renunciationem ) Adde Rot. decis. 32. alias 678. de sentent. & re jud. Cassad. decis. 1. num. 2. de sent. & re jud. Gravett. conf. 182. Videtur nu. 4. lib. 1. Lancell. d. tract. de atten. c. 4. in presat. nu. 281. & seqq. ubi regulam Renunciatione litem finiri, ampliat, & limitat variis modis.

Maximè de iure Canonico ) Quo iure licet nullum sit definitum tempus ad finiendas lites, tamen Cassad. decis. 5. Vt lite pend. ponit unum modum, quo finitur, videlicet quando à prosecutione litis nihil actum fuisse per longum tempus, quia tunc præsumeretur lis pro derelicto habita. Quæ decisio licet à Mochio tract. de arb. jud. lib. 2. cent. 3. cas. 202. nu. 14. probetur, hæc tamen vera erit, si nihil penitus constaret de aliquo iure litem moventis, vel aliqua illius calumnia; secus verò ubi constaret de aliquo iure & dubio probabili: quia tunc constaretur de decisionibus antiquis, quæ volunt nullo tempore finire litem, quia instantia de iure Canonico durat saltem usque ad 30. annos, Ita decisum

decisum à Dominis de Rota scribit Achilles de Grassis de cis. 7. *Uti lite pend. que vide ut & Put. decis. 20. incip. lis fuit habita ut lite pend. & novissime ita decidit Rota in una Bar. hincmen. luna 20. Junij 1611. coram R.P.D. Coccone quæ extraxit apud Farinacium part. 1. decis. 342. in Novissimis.*

O *Si non sententietur*) Nam ut volunt quidam censetur demum lis in re finiri per sententiam executioni demandatam, *Mohedan. decis. 14. de cass. ut poss. & propriar. Gomef. ad Reg. de Triennali quest. 52. vers. non obstat. & quest. 53. vers. nam imprimis & ad Reg. de Annali quest. 44. Mandos. hic quest. 12. nu. 2. item Gomef. ad hanc Reg. quest. 14. ubi scribit etiam litem dici finitam, quando sententia transit in rem judicatam, etiamsi non sit executioni demandata, quo casu cessat quoque dispositio hujus regulæ, *Farinacius decis. 154. nu. 4. in antiquis.* Sic nec lis dicitur finita per cessionem unius ex colligantibus *Farinacius decis. 387. nu. 1. p. 2. in Noviss.* maxime si cederet in possessione: quia tunc ne dū erit remanet litigiosus, sed etiam possessio, quod tamen non procedit, ut Ordinarius non possit conferre, *Farinacius d. decis. nu. 2. & 5. quod fallit, inquit, quando is cujus jus Ordinarius conferre intendit habet causam à colligantibus**

P *Per citationem*) Idem asserit, sed cum suis limitationibus, & etiam ampliationibus *Lancelotti. d. tract. cap. 4. in præfat. nu. 1. & seqq. & Farinacius decis. 42. nu. 1. part. 2. nu. 1. in Noviss. & decis. 685. in iisdem.*

Q *Non est verum*) Idem planè adstruit Gomefius, *hic quest. 7. in principio.* quod etiam extendit ad privatum ipso jure contra Alphonsi nostri distinctionem hoc potissimum argumento, quod licet à lege privatio ipso jure inducta sit, non propterea vacat de facto, quia requiritur sententia declaratoria, & amotio à possessione. Sed hanc Gomefij sententiam minus probo, cum in privatis ipso jure non requiratur sententia declaratoria privationis. Sed satis est si iudex decernat, & declaret talem illius criminis esse culpabilem: quia tum locus erit pœnæ juris, etiamsi non exprimat, *Felij in cap. Ro. dolphus numer. 3. in Rescriptis Io. And. in c. de Homicid. in 6. quem refert ibi Dom. in §. si. 5. col. ubi dicit, quod ita debent intelligi omnia jura canonica, & civilia, quæ dicuntur ipso jure, vel ipso facto aliquem puniri confiscatione bonorum, vel quacumq; alia pœna, ut scilicet sufficiat ipsum pronuntiare, & declarare illius criminis esse culpabilem & locus erit pœnæ juris, etiamsi in sententia non exprimat. Sequorigitur distinctionem nostri Auctoris, quæ sumè adhuc accipiet ex ijs quæ infra dicentur ad Regulam de Annali in glo. verbi. de beneficio vacanti ipso facto.*

Cæterum non est recipienda opinio *Felij in c. Inquisitionis nu. 4. in §. de accus.* ubi querit an homicida sit privatus ipso jure, an privandus? & postquam resolvit privandum, subjicit cautelam hanc. Et ideo, inquit, cautela est, ut ante privationem taliter renunciet, quod post dispensationem, amicus, cui renunciat.

clarit, iterum ei renunciet: nam ejuſmodi renuntiatio tuta non eſt, nec cano-  
nica, obſtante c. ſin. de pact. obſtante etiam conſtitutione Pii v. 87. de confi-  
dentis, ut bene aduertit Maiolus de Irregularitate lib. 5. c. 45. in ſi. qui dicit er-  
roneam eſſe hodie dictam cautelam: nam tali caſu committeret crimen confi-  
dentiae Nicol. Gartia tract. de benef. part. ii. cap. 3. §. i. num. 66. Poterit itaque  
privandus renunciare ante ſententiam, etiam ſi homicidium fuerit voluntarium.  
Corar. elem. ſi furioſus §. 3. num. 7. de homicidio, quidquid aliud dicat Zerola in  
praxi Episcopali verbo Privatio nu. 1. In aſſinius autem, ſeu homicidio qualifica-  
to, receptum eſt, ut renunciare nequeat, urpote qui ſi ipſo iure beneficiis  
privatus eſt, in c. 1. de Homicid. Felii d. c. in quaſitionis Pet. de Anchor. conſ. 150. incip.  
narratis, quod & alibi oſtendimus.

Sic ergo concludo, de crimine aliquo digno privatione poſſe renunciare, & 46  
reſignare ante ſententiam privationis, nec huic Regulæ locum eſſe: Secus autem  
in crimine aſſini, hæreſis, & ſimoniae, quia tales ſunt jam privati ipſo iure per  
ſingula. Interim adverte, cum quis beneficio privatur ipſo iure, licet illud  
beneficium conſecti poſſit non expectata ſententia, nec vocata poſſeſſore, non  
poſſent tamē collatio de facto exequi, nec novus collatarius in poſſeſſione rea-  
lem induci, niſi prius vocato & audito poſſeſſore & cauſa cognita eſt, licet Episco-  
po de Præbend. in 6. Oldrad. conſ. 226. per totū Bald. conſ. 135. lib. 4. Carolus M. ad  
Conſuet. Paris. tit. 1. glo. 3. nu. 12. facit optimē quod ſcribit Geminiannus in c. 1. nu. 9.  
de conſuet. prebend. Hinc ſcribit Bald. in l. cum fratrem verſ. unum ſcns C. de Hi-  
quid ut iudic quod notorium nunquam habet vires ad aliquem deponendum c. 47  
cum ſecundum leges de Heret. in 6. Cæterum, an Primariæ Cæſaris Preces capiant 48  
beneficia vacanta ipſo iure, ſcripſi ad Indultum Cæſareum in gloſſ. verb. quod ſi  
per te, verſ. Decimo quaritur.

Anfractus eſt) M. Vatro Anfractus etymon deducit ab ambu, & frangen- 49  
de lib. 6. de l. l. quod ſinuoli reflexus in orbem ducti velut frangantur, unde ju-  
dicatorum & lit. in anfractus, id eſt circuitus apud Cic. pro Cluent. & vitam illam  
tranquillam & quietam remotam à procellis invidiarum & hujuſcemodi judi-  
cium anfractus qui maluiſſe. Sequatur hanc vitam qui volent, & experietur  
longe ſeſcitorem modici rebus in tranquillitate contentam, quam ſuperfluis, 50  
ambicioſis illam involvitiū anfractibus. Vnde B. Ambroſius dicebat lib.  
2. de off. c. 21. de ſuo iure virum bonum decedere, ne dum liberalitatis, ſed ple-  
næque etiam cōmoditatis ſi tamen, iure neceſſario experiendum, pretiū ope-  
rit antequam labyrinthum ſe committat, ut Advocatos & Doctores  
promores conſulat, ut habetur in l. Aviam, ibi ſi cum peritioribus tractatū ha-  
buit C. de Ingen. & manum. Nec opinioni unius fidat, ſed plurimorum  
ſententias exquirat. ſi ſidem cum eodem, ibi Sabino Caſſio & Proculo placuit ff. de In-  
ſtr. l. iud. nam ibi ſalus, ubi multa conſilia, ut inquit Sapiens.

S *Quis dicatur intrusus*) Vide Gomefium ad Reg. de *Trienniali* quæst. 47. Rebuff. in *praxi* ad hanc Reg. glo. 4. quibus in locis tradunt intrusum in lata beneficium cum dicitur, qui obtinet beneficium sine auctoritate illius ad quem de respectat collatio. Ad *audes de Excess. pralat. Gomef. ad Reg. q. 47. & 17.* ubi nullum habet titulum, c. *quia diversitatem de concess. prabend. c. relatum de persequ. rron.* sed & aliis modis quos vide apud d. Gomef. & Rebuffum, quibus ad Azorium lib. 7. *Instit. moral. c. 35. vers. decimo quaritur.* Regula ergo ista inter alias exceptiones, & hanc habet: Dummodo colligans non sit in usus, & quidem de tempore quo petit surrogationem ut resolvit Rota in *una Barchinon. Parochialis* 20 Junii 1611. coram R. P. D. Cocciæno quæ extat apud Farinacium *cap. 1. decis. 342. nu. nu. 9. & decis. 531. part. 2. nu. 2.* & merito. cum illud sit in beneficium perpetuum, ut sine titulo nemo ad beneficium admittatur ne aliqui deus vitiosus ingressus c. *1. ubi Dynus & alii de Reg. jur. in 6.* Unde etiam in ortu colligante, qui solus titulum habebat, non aliter vincere potest superstes colligans si novum habeat contradicteorem, quam si titulum sibi acquirat: non enim titulus defuncti potest evadere in titulum superstitis, quod suo jure quisque debeat beneficium tenere, non alieno, quod verum in possessore; nam si perituri causa agatur, S. Pontifex potest, & solet, quem vult in jus, & locum demerui subrogare, quæ subrogatio novi tituli vim habet (quem scilicet Papa pro arbitrio conferre potest, *Can. Cuncta per mundum 9. quæstio. 3.*) eum restrictiones tamè de qua in hac Reg. *Ant. Faber. lib. 1. de snit. Floren. tit. 2. desmit. 69.* Carcerum in Francia se non vidisse regulam hanc servari scribit Petrus Rebuffus in *ad hanc Reg. in fi.*

T *Papa derogat*) Idem quoque tradit Gomefius hic q. 15. per tot. dummodo ponatur in supplicatione clausula: *Attento quod Orator non est cadente potestatis alias non vacabit derogatio per notas. in c. 1. de alien. jud. mut. causa facta. 20. in addit. ad hanc Reg. nisi tamè unus colligans habuerit sententiã pro se, quem si fuerit in rem judicataam: quia poterit eo casu potèntiori cedere cum derogatione Regulæ, quia tunc omnis præsumptio malitiæ cessat, cum non videatur de jure suo diffidere: sed hoc casu requiritur, quod sententia lata fuerit contra omnes colligantes, nec sufficeret quod contra unum lata esset, quia cum illo conclusio esse posset, teste Gomefio ad hanc Reg. quæst. 1. & Rebuffo *disto loco.**

Y *Tamen datur una surrogatio antequam vacet*) Idem Pragmatici vici Forensis Rom. callentissimi in supplicatione privationis apponunt istam clausulam: *Et cum decreto quod si privandus metu privationis post accusationem, & inscriptionem beneficium hujusmodi in alterius quam Oratoris favorem resignaverit, videlicet nihilominus ad executionem literarum privationis procedere possint; perinde ac si resignatio hujusmodi minimè facta fuisset, & Referendarii solent addere: Post privationem*



vacationis sententiam. Ergo adverte quod licet clericus homicida possit renun-  
ciare ante sententiam privationis beneficium, etiamsi alius id prius impetrave-  
rit, tamen hoc fallit, si in impetratione appositae fuerit dicta clausula, videlicet,  
quod renuacatio lite pendente facta cedat in utilitatem impetrantis, ut recte  
etiam notat D. Io. Gutierrez. lib. 2. Canon. questio. c. 5. num. 40. Idem de stylo  
Rom. Curiae solet etiam apponi in supplica haec clausula: Et cum decreto quod si  
54 N. resignaverit resignatio huiusmodi in favorem Oratoris sit. Et esse censetur post  
privam privationis diffinitivam de super ferendam sententiam. Ex quo etiam sequi-  
tur quod si in re ejusmodi clausula, si privandus resignet ex causa permutatio-  
nis, possit nihilominus de beneficio taliter resignato provideri illi qui impetra-  
vit eventum privationis Staphil. de litt. grat. tit. de Variis mod. vacat. nu. 18.

Sed etiam in Ordinario) Hoc ipsum cum nostro Alphonso voluit Go-  
mez, ad hanc Regul. questio. 2. licet ab istis aperte dissentiat Mandos. hic quest. 3.  
55 propter verba Regulae quod subrogari concesserit S. N. D. Papa &c.  
quibus verbis, inquit clare constat, quod constitutio haec non potest verificari  
nisi in subrogatione ipsius Papae tantum: nec responsio illa Alphonsi, exempla  
videlicet non restringere Regulam, facit ad rem: quia hic non exempli causa  
Papa ita loquitur, sed ad ostendendum super quibus subrogationibus disponat.  
Caetera quibus utriusque Hispani exempla refutantur, videantur apud dictum  
Mandos. quest. 3. cui Mandosio ad stipulatur Lancellottus tract. de Attent. 2. p.  
cap. 4. in praefat. nu. 414. & doctissimus Azorius lib. 7. Instit. moral. cap. 32. vers.  
ultimo quaritur. ut & Flaminius Paris. tract. de Resig. benef. lib. 2. quest. 3. num.  
18. ubi limita, nisi subrogatus ab Ordinario obtinuerit novam provisionem a  
Papa cum clausula gratiae surrogationis ac mentione licet & expressione tituli  
beneficii, ut fuit decisum in una Pisana Canon. coram R. P. D. de Rubeis 19. Octob. 1560.  
Alias limitationes profert Lancellottus tract. de Attentat. part. cap. 3. nu. 106.  
quas vide si ulus postulat.

Regula XXVIII. INNOCENTII VIII.  
qua est PAULI V. XXIX.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Regula haec an habeat locum in Legato.</p> <p>2. Regula Cancell. loquentes de Papa non habent locum in Legato.</p> <p>3. Haec Regul. emanavit ad tollendam fraudes.</p> | <p>5. Constitutio etiam poenalis si emanat in favorem vivae debet extendi ad casus similes.</p> <p>6. Haec Regul. juri comm. conformis est.</p> <p>7. Cautela Curialium circa hanc Regulam.</p> |
|---|---|

Oo 2

8. Curans